### E Graecis conversa

6 (5) Montis in excelsi scopulo, rex, siste puellam
ornatam mundo funerei thalami.
Nec speres generum mortali stirpe creatum,
sed saevum atque ferum vipereumque malum,
quod pinnis volitans super aethera cuncta fatigat
flammaque et ferro singula debilitat,
quod tremit ipse Iovis, quo numina terrificantur
fluminaque horrescunt et Stygiae tenebrae.

---

7 (—) soli perspicua est, aliorum nemo tuetur

---

## POETA EPICUS, FORTASSE CLEMENS

eois regnator aquis in flumina centum
discurrit, centum valles illi oraque centum,
oceanique fretis centeno iungitur amni.